Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ipso sunt omnia. Ex ipo autem non hoc significat
quod de ipo. Quod enim de ipo est. potest dici ex
ipso. Non autem omne quod ex ipo est. recte dic
de ipo. Ex ipso enim celum et terra. quia ipse fecit
ea. non autem de ipso quia non de substantia sua. sic
aliquis homo signat filium et faciat domum.
dom ex ipo. sed filius de ipso. Dom de terra et de
ligno. sed hoc quia homo est. qui non potest aliquid
et de nichilo facere. Deus autem ex quo omnia
p. quae omnia. unq omnia. non op habebat aliqua
materia. qua ipse non fecerat. adiuuari potentia
am suam. Cum autem audiunt omnia ex ipo et per ipm
et in ipso. omnis uiaq; naturas intelligere debent
que naturaliter sunt. Neq; ex ipo sunt peccata
que naturam non seruant sed uiciant. Que pec
cata ex uoluntate esse peccantium. multis
modis sacra scriptura testatur. precipue illo quod
dicit apostolus. Existimas autem hoc o homo
qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea.
quoniam tu effugies iudicium dei. an diuitias
benignitatis et patientie ei et longanimi
tatis contemnis. ignorans quoniam patientia
dei ad penitentiam te adducit. Secundum autem
duriciam cordis tui et cor impenitens